CLEMENS PP. XII

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 27 (135)

Dilecta in Xpto filia Nobilis Mulier Salut. et Apliceam ben. Spuali consolaoni tuæ quantum cum Dño possumus, benignè consulere, teque Spualibus fauoribus, et gratijs prosequi volentes, et à quibusuis excomnis, suspen. et interdicti, alijsque Eccliis Sententijs, censuris, et pœnis à Iure, uel ab homine, quauis occaone, uel causa latis, si quibus quomodolt innodata existis, ad effectum pñtium duntaxat consequen. harum serie absoluen. et absolutam fore censentes, supplicibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi quæ, ut asseris, dilecti filij Nobilis Viri Comitis Iulij Vicecomitis Borromei Aresi Regni Neapolis Proregis uxor existis, ut quamdiu idem Iulius Comes vir tuus munere Proregis huoi fungetur, à uiginti quatuor mulieribus modesto, ac decenti habitu indutis, ex quibus sex pro tuo arbitrio mutare, et uariare ualeas, reliquas verò octodecim semel electas nec uariare, nec mutare possis, nisi alicuius earum obitu eueniente, associata, quæcumque Monialium Monria Ciuitatis Neapolitan. uiginti quatuor uicibus in totum, non autem eorum singula, quolibet anno, de earumdem Monialium capitulariter, et per secreta suffragia præstan. et illarum Superiorum consensu, non tamen Dominicis, seu alijs festiuis, aut vigiliarum diebus, neque Quadragesimæ, uel Aduentus temporibus, ingredi, ac cum eisdem Monialibus conuersari, et refectionem etiam sumere corporalem, dummodo tamen Monlium particularium cellas, præter eas, quarum causa Monasteria huoi ingredieris, non uisites, neque Tu, minusque dtæ mulieres inibi pernoctetis, liberè, et licitè possis, et ualeas, Apostolica auctoritate, tenore pñtium concedimus, et indulgemus. Non obstan. Constonibus, et Ordinaonibus Aplicis, ac Monriorum huoi, et illorum Ordinum, etiam iuramento, confirmaone Aplica, uel quauis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die iij. Iunij MDCCXXXIIJ. Pontus Nri Anno Tertio

Hlig
Card. Oliverius

Dilectæ in xpto filiæ Nobili Mulieri Comitiſsæ
Theresiæ Vicecomiti Marchioniſsæ Cusanæ
Borromei Aresi Regni Neapolis Proreginę.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

XX/X, 302

1733

Morbio 27 (135)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1871789311-19/fragment/page=0002
DFG